

Cant. 5. 2.

mibi (clamat) Soror mea. Ostende mihi faciem tuam & gloriam meam. Illa respondit ictibus, quippe etsi dormiebat corpus, vigilabat animus. Ergo surrexit delectulo, ut aperiret Sponso; at ille declinaverat, atque transferat. O anima celesti Sponso devota; citò respondete pulsanti, & aperite: equidem dum pulsar; ne transeat, voci pectoris pulsus non respondendum vocabis, sed operibus. Non filius mandatum implevit, qui dixit patri: *Bo domine & non ivit.* Occurrit hic somnium, quod non somnium, etsi in somno, Imperatoris Galbæ. *Sumptà virili togà* (ait Tranquil. in eius *Vit. cap. 4.*) *somniavit fortunam dicentem, stare se ante fores desessam: & nisi ocyus reciperetur, cuiuscunque obvio præda futuram. Utque evigilavit, aperto atrio, simulachrum æneum Dea cubitali maius iuxta limen invenit.* Ergo surgat, quem Deus vocat, ne fortuna simul transeat. Ille (ait Sponfa) *declinaverat, atque transferat.* Si transiturus, cur pulsar? Si declinanda Sponfa, quare vocat? Faciem videre intendit, & oculos fugit? Summum in amore quarit. Pulsare, ut Sponfam videat, indicat amoris flammam. Fugere, amoris vehementiam. Vocare, simplicem affectus motum: declinare, astuantis voluntatis excessum. Hispanicè: *Uno amor, otro fineza.* Unde Sponfam quam amans vocat, meditanter declinat; quoniam sine demonstratione fugientis, non Sponfa demonstraret excessum amoris cordis.

Math. 21. 30.

Sueton.

Abstentia rei amata, non est amoris ab sentia; sed fidei nota.

17. Ceterò. Ubi maius amoris periculum, maius amoris obsequium. Absentia est amoris inimica, uti noverca. Arrogantia Petri dicat, dum magna coram dilecto, etiam monitus de fragilitate, iactat: equidem qui præsens fervore ebullit, absens penitus elanguit: & Sponfus dum Sponfam in conspectum vocat, Sponfa aspectum declinat; ut dicat amanti fuga, quanta inhareat cordi flamma: igitur in absentia morte fidei & amoris, perseverat in corde flagrantis amoris fides. Præsentia roborat amorem futilem, absentia confirmat fortem: & quod summè Sponfus appetit, in studium voluntatis summè fugit; quippe minimè amor fugax, ubi fuga amoris fornax.

Non amor fugax, ubi fuga amoris fornax?

Ovid.

Quid fugis, ut vincas? Ecce fugax Parthus, magni nova causa triumphi.

Fugit, ut vincat, ne absentia amoris prævaleat. Fuga indicat non animi constantiam, sed languorem: præsentia vel ca-

dentis sit fulcimen: in triumphumque dilectionis eligitur fuga, tanquam amoris victoria; siquidem absentia ignis pectoris crescit, ubi aliorum flamma languet. Sponfus Sponfam vocat, olia pulsar, ut pateat amor: verum amoris deficiebat splendor; igitur si lucet præsens, clarior absens. Clarius elucet à longè, qui lucet studet splendori flammæ: absentiamque dilectæ diligens Sponfus, aspectus fatagens quarit, & quam cupit amantiam studio fugit; quippequam non tam intendit cordis demonstrare speciem, quam flagrantis amoris splendorem.

18. Contemplemur igitur, an respondeat fides fidei in pectore sponfa. Fugam Sponfus capessiverat (amor excellens sagaverat) quod agrè ferens pectus Sponfa faucium, erupit in votum. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deosculer te!* Alitè sedeat menti labor inquisitionis ex angustia anime. Quarite Deum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est: igitur anima inquisitionis excusaret angustiam, si opportune pulsanti Sponso aperuisset portam. Ergo venit in amplexus, amore ductus. Gratia magna! A propria trahitur innotata clementia. Nec mirum, quòd clemens eis occurrat, qui quærebant; quòd palam apparuit, vel qui non interrogabant. Fugit ille, & quod declinaverit, vulnus Sponfa: etenim ubi in corde amoris flamma, Dei Sponfi importabilis absentia. *Quis mihi det te?* Quæ absentiam cognoscit, surgit, per vicus, & plateas fugientem quarit: amor acuit sollicitudinem, & sollicitudo demonstravit amorem. Vel maior, in inquisitionem minor: etenim ut anima congruè quærat, nullum non lapidem moveat. *Quis mihi det te, ut inveniam te?* Invenit tandem revocatum per amorem. Quid inde tener amor? Quid præ gaudio intonat amatæ vox? *Fuge dilectè mi.* Hoc in Sponfa conamen? Exprimit amorem fortem: igitur pectoris languebit flamma, ni deur Sponfi fuga. Si absentem sollicitat, quare præsentem exoptat? Cupit præsentem, ut fugiat? Quid inquit, si fugacem percipit, quem iam habet? In inquisitione cordis protulit ignem, sed non fornacem. Fornax amoris absentia est.

Ex fuga amoris splendore.

Cant. 8. 1.

Respondet anima & illic voci Dei

Absentia Dei, intolerabilis amanti.

Verf. 14.

Fornax amoris absentia.

Ovid. Oth. Vzn.

Illo opus: haud aliter ritè probandus amor. Etiam amoris periculum: imò aliquando ipsa mors; & dicit præ amore Sponfa: *Fuge, & fuge dilectè mi;* ut probet absentia Sponfi fugientis, quanta sit in corde fides: igitur clarior & purior vel in absentia fornice. Absentia forti dilectioni non periculum, sed auri amoris momentum. Levis sanè flamma, quæ dilecti tantum nutritur præsentia. *Fuge dilectè,* ut dilectus videaris, estò fugeris: siquidem pretiosa cotricula fuga, qua micant altius amoris tacti momenta. *Fuge dilectè.* Mihi auctoritas, quòd fugias; quippe sine fuga rutilabit amor, sed amor nullus nitor. *Fuge,* ut amor micet, *dilectè;* quandoquè clarius elucet à longè: & ut tibi præsentior, absentia clarior. *Fuge dilectè.* Fugere quibus fecurè: equidem si fuga sepulchrum affectionis languidit pectoris; permanebit immortalis dilectio, quando adhuc vivit in absentia sepulchro. *Fuge,* ne timeas, *dilectè mi.* A charitate non separabit vel mors: equidem si absentia mutua oblivio charitatis; erit memoria etiam in terra oblivionis. O amoris nimij (si nimius amor in Sponsum) vitale ingenium, & nobile studium! Quarit, quòd fugiat, quem quarit; ut pretium tantum in amore demonstret: igitur flammæ clarebit excessus, modò inventus ab illa fugiat Sponfus.

Quæta amoris momenta ex fuga?

Fuga Iosephi amanti nequaquam est fuga amoris.

Pfal. 67. 13.

Hay. Mal.

19. Quis non cogitaret in fuga aversionem Iosephi? Qui vehementer sciret amare. Quis, inquam, non suspicaretur cordis fastidium? Qui ignoraret amoris ingenium. Fuga minuit amorem infantem, verum corroborat fortem. Fragilis flamma pectoris, si constaret è Virginis oculis; etiam à Virgine absentia & fugà, peritæ amoris constantia. Oblivio imminet dilectæ, ex absentia toties probato discrimine. Amori Iosephi via plana, quæ alijs pericula. Charitas nunquam excidet, si absentia floret: quippe quantumvis pateat discrimini, erit memoria etiam in ipsa oblivione. Cogitandum erat aliquid novum, ut arctè amantem praverat studium. Quare (cùm extremum charitatis in Sponfam, uti amoris adversaricem, cogitaret absentiam, qua non solum flamma languet, sed ignis perit) ut perfectius tantæ consuleret dilectioni; matrem virginem, sponfam voluit dimittere. Optime se mihi offert pallogia specialis, utpotè acumen Davidis. *Dilecti dilecti:* ait. Alij apud Haye in Bibl. maxim. & Malucend. hic: *Fugerunt, Fugerunt.* Hæc est dilectio? & amoris magnitudo. Non est odium odij signum; sed amoris insignis monumentum: equidem cùm in dilecto-

rum mutua fuga luceat incendij, locique cordis vehementia; ut amor excellens cognosceret per signum, mutuo fugientes fugerunt. Huiusmodi phrasis per Epizucum, ut sepe vidimus, signat exaggerationem, sive hyperbolem. Q. d. *Dilecti, dilecti,* dilecti summè: summaque dilectio fugà exponitur, ut uti fumma exponatur: quandoquidem ubi cordium intensior flamma & flamma; in indicem fuga & fuga. Huc molimina Iosephi, corditus dilectà Virgine: igitur ut pectoris faucij posset promere flammam, voluit occultè dimittere eam. Alia aliàs. In Olympum amoris ab absentia brevior invenitur semita. In cælum celeri pervenit ille fugà: igitur cum fugà sit splendidiore; dum fugit amans, immobilis stat amor. Sed quò fugiebat? In cor Virginis, quo quiescens habitabat? Ni se fugeret; quam fugiebat, in corde proprio inveniret. Mutuo se respiciunt: nec fugi, nec fugere possunt. Virgo vel inspecta comes (retorqueatur Ethnicus. 4. *Trist. Eleg. 4. verf. 2. 1.*)

Non est amoris fastidium, sed studium.

Iosephus in corde Virginis & eontrà.

Et comes exemplum veri Iosephus amoris: Qui duo corporibus, mentibus unus erant.

Ovid.

DIDASCALIA II.

Caietanus Doctor novus, & egregius.

1. Gloria mundi semper stultis & vana; quippe exterior semper gloria. Unde Gregorius Magn. lib. 33. in *Iob. cap. 3.* inquit: *Tantò apud semetipsos intus evanescent, quanto alii & nitidi exterius ostenduntur: quia dum ad exteriorem gloriam per Superficiem desistant; nulla intus firmitate solidantur. More quippe calami intus quidem per fastidatam vacui; sed foris per speciem & ostentationem pulchri.* Eontrà verò celestis gloria, solida gloria, quia vera: & adinstar lilij quarentes, si exterius florent, interius pretiosius fulgent. Nec Salomon in omni gloria sua coöperus est, sicut unum ex istis. *Lilium cùm exteriore decore splendet, tum aureum intus ioseculum continet:* ait Theodoret. in *Cantic. 2. 1.* *Candor eius eximius, folijs foris striatis* (dicit Plinius lib. 21. cap. 5.) *& ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Nulli siorum celsitas cur adinstar moior. Itador, colorque duplex: & alius*

Greg. Mag.

Gloria mundi vana, ceteri vera.

Theod.

Plin.

Caietanus cur adinstar lilij

calicis, alius staminis differentia augusta. Fulgurat fulgens Caietani gloria: equidem foris & intus utpote iustus, cum Italia indicaret mundum furiosum, ibidem germinavit sicut lilium. Argento copulat aurum. Auger morum cadorem, fovens (ubi nulla erat) in pectore charitatem: igitur vel punctus sentibus floret:

Russell. *Fluctibus in medijs, spinisque, ut lilia crescit.*

2 Lilij huiusmodi forma non bonum fragile; quippe pulchritudo alitur, unde premitur.

*Nec semper viola, nec semper lilia florent: Et riget amissa spina relicta rosa.*

Ovid.

Accinit Ovidius 2. de Art. vers. 116. Sane in mundo: falsum in Ecclesie horto. Floribus eius nec rosa, nec lilia desunt. Vel in dira hyeme rosa pullulant: etiam flante Aquilone, lilia candidiora germinant.

*Quamlibet de medijs consurgunt lilia spinis: Sic virtus ipsi crescit, ovatque malis.*

Ioac. Camer.

Hinc Afferor N. dicit: *Considerate lilia agri, quomodo crescunt.* Considerate, quippequam dignum alta consideratione.

Matth. 6. 28

*Considerate lilia.* Lilia ne consideranda propter candorem? Propter celsitudinem? Propter regale fastigium? Nullatenus. Considerate tantum, quomodo crescunt. Non perfectionis incrementum, sed incrementi modum. Absque cultore nitent: & mirandum, quomodo crescendo florent; quippequam summa pulchritudinis perfectio, quod nutriantur floribus reliquis celsiora, sed sine cultu. Caietani emblema exponitur candida lilia? Et proprie. Quomodo igitur crescat, considerate: igitur quanvis nulli florum celsitas maior, pulchritudo venustior, nobilior decor, elegantia prestantior; dum indicatur lilij Caietanus, crescenti tantum considerandum est modus: quandoquidem si eximia perfectionis eius magnitudo; maior in ipsa virtutum magnitudine perfectio, quod cresceret perfectione, qua videbatur perfectum non posse crescere: si lilium ceteris floribus maius; nil Caietano inveniebatur perfectius.

Zini species

3 Considerate lilia agri, & Caietanum, quomodo crescunt. Si florum lilia sublimitas, quanta Caietani celsitas, cum iret de virtute in virtutem, perfectione obtinendo perfectionem; atque corde disponendo ascensiones in hac valle lachrymarum, ut videret Deum Deorum!

Ovid.

*Affectasse ferunt regnum celeste gigantes, Atque cogeos struxisse ad sidera montes.*

Consideremus quidem rationale lilium; Deo plenus Caietanus, de celo laureatus, plauditur in Hymn. Doctoratus apice, Deo plenus, insignitur a celo, honore ac decore novo. Verum in qua facultate laurea? In Theologia. Triplex materia lectionis: expositio scilicet fidei, spei & charitatis. Hæcine è cathedra cordis docuit, & orbis audivit: ceterum cum lectiones circa huiusmodi facultates, non forment homines & doctores insignes sine singularibus operationibus, virtutibus singularibus (quod dicitur gratia nitor ob eminentem gratiam, qua in gradu merita laureæ dicunt eminentiam) insignis debet rutilare doctrina, ubi è celo descendit insignis laurea. Singularis congruit virtutum celsitas in Caietano, quando laureatus a celo. Est perfectio ab arte, est perfectio à natura, & etiam perfectio à gratia. Ars ostendit tam quid facit, quam quomodo perficit. Occulta natura in opere facta, dicit quid, verum non quomodo. Gratia arcanior, quia sublimior, operatur; sed quid aut quomodo operatur, opertitur. Huiusmodi in Caietano exercentur facultates, dum vitæ exponit tres theologales virtutes, & in eis operationes insignes, & singulares. In fide ita valide stat; ut modo abstruso quo steter, constet, videntibus quid. In Spe operatur ita singulariter regulis artis; ut in exemplum pateat quid, & modus operationis. In Charitate, cum habeat principium gratiam, superiorem spheram; ita sublimis & incognita operatio, ut lateat insipientem quid & quomodo. Iam divisæ lectiones. Ergo miremur virtutes.

Doctoratus eius laurea & in quibus facultatibus

Quo ingenio lectiones.

4 Doctor Gentium ita diffinit fidem: *Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium.* In argumento habemus argumentum difficile. Claret, quod fides sit substantia rerum sperandarum: at difficile prorsum rerum non apparentium argumentum: perpetuam argumento servient, quæ non apparent: equidem si substantia præsens futurarum est repulsa; cum huiusmodi argumento ad speranda futura nulla inharbit substantia. Instat magis Versio Syriaca: *Argumentum, id est, revelatio eorum, que non videntur.* Ubi non visio, quomodo revelatio? Ubi revelatio, est evidentia: quo pacto evidentia & argumentum clarum, si rerum non apparentium? Quomodo demonstratio evidens in argumento, quando nulla rerum non apparentium demonstratio? Intellectum

Hebr. 11.

Quomodo si dei substantia in verum non apparentia

Syriac.

Alapid.

facit (respondet Alapide hic) *ijs assentiri, que non intelligit, queque suo lumine & ratione non comprehendit.* Est fidei argumentum heroicæ, non comprehensivè evidenter assentire. Quo ingenio? Intelligere & non intelligere est rationi contradictio, & ex contradictione fidei efformatur operatio; ut quid intelligatur, sed non quomodo. Excedit veritas revelata intelligentiam rationi assentientem; quoniam argumentum fidei naturalem invenit adversticem rationem: equidem cognoscit evidenter prodigium, verum homo ignorat modum.

5 Clarius procedamus. Mysterium fidei delicat nostrum propositum. *Mysterium fidei* plauditur Eucharistia. Mysterium idem est ac arcanum. Inquiritur: Quomodo Mysterium, si revelatum? Ubi secretum publicum, iam non secretum. Diversis acceptionibus argumentum dilui posset, ut claretur mysterium & lateret: quandoquidem entitas evidenter demonstratur, ceterum modus absconditur. Habet mysterium fidei ampliores commendationem, & auctoritatem, ut claret cognitioni contra cognitionem. Captivatur enim ratio in huiusmodi mysterio, quo liberior ubi captiva ratio. Datur fidelibus Christus in specie panis. Non est panis, dicit fides. Oculi ex visis exhibent argumentum: negat fides argumentum oculorum. Demonstrant substantiam panis: dicit fides, sunt species; quibus ad Eucharistiam, argumentum astruit nullam habere substantiam. Instat sensus ex apparentibus formans testimonium; fidei obijcit argumentum non apparentium: & fides ex victoria sensuum reportat lauream, humanam excedens intelligentiam; quandoquidem in homine nulla maior, quam in mysterio videre illud quid, quod non videtur. Ulterius. Ratio in Eucharistia credit, non illud quod sensus videt; sed contra fidelem visum, intellectum captivans in fidei infallibilis obsequium. Subijcitur discursus argumento contrario, quo species efformatur intellectus; subiecta ratione, ut captiva percipiat, contra quam habet rationem, ut argumentum intelligat. Ratio apparentia videt; sed argumentum non apparentium credit. Cognoscit sanè intellectus, contra quæ intelligendo cognoscit. Unde cum fides assensus contra intelligentia demonstrationem, elevet mirifice fidem; pravelet fidei mysterium, ac de sensibus magna reportat triumphum, igitur dum iuxta visa dicunt sensus, Panis est; ratio & fides dicunt, Non. Intelle-

Quomodo Eucharistia fidei mysterium, si revelatum?

In illo videtur quod non videtur.

Etiam facit ijs assentiri, quæ non intelligit; & cognoscit; quæque suo lumine & ratione non comprehendit: mysteriumque dicitur fidei, quo ratio cognoscit clarè, illud cognosci non posse; ut fidei lumen clareat in admirationem: quandoquidem nulla maior, quam videre in Eucharistia panis species; & rationem triumpho fidei pronunciare, *Non est panis.* Vernaculè: *Que dîgan los ojos si, y la see dîga que no,* ita ut appareat argumentum solidissimum, rerum non apparentium argumentum.

In quo myst. testum

6 Adhuc ambulamus in tenebris studentes prolationi acuminis. Illuminabit Siracides. *Innova signa* (dicit Altsimio) *& immuta mirabilia.* Potes sanè, quoniam *non est Deus præter te Domine.* Fac miracula: sed immuta; ut clareat amplius miracula. Innova signa, ut signa insigniora sint, dum visa signa contraria. Singulare prorsus votum! Miracula miraculis opposita nequaquam erunt miracula. Quomodo mirabilia mirabilibus contrariæ? Non miraculum, quod communis ordinis. Non mirabile sine insigni novitatis: quo ergo intuitu optat ut mirabile portentum, oppositum mirabilibus miraculum? Quomodo in signis novitas sine signo novitatis? Dicit votum Caietani fides. Scitur institutum Caietani, demonstrationem esse divinæ providentiæ; ita ut *si esurierit, nec dicat homini, cum Deus alat esurientes* non in pane, sed *in fame.* Mira sanè miracula, ubi fides datur esca. Patet profectò extra ordinem, mittere *famem, non famem.* Verum hoc fusiùs Tautol. 11.

Ecclesi. 36. 6.

Psal. 46. 12.

Psal. 32. 19.

Amos 8. 11

*Didasc. 4. à num. 6. de Petro Alcantara.* Hoc enim Caietani voto, claret miraculum insigne, oppositum maiori miraculo. Maius miraculum est mysterium fidei, quo panis patet oculis; dicente fide: *Nulla modo: Non est panis.* In miraculo Caietani ita miraculis contrariantur miracula, ita signis pugnant ac repugnant signa; ut oculi dicant, *Non: verum fides, Panis est.* Panem esse & non esse miraculo, est perspicua contradictio. Contraria videntur immutata mirabilia in eadem prorsum materia: & in amplius miraculorum lumen, optat Ecclesiasticus mirabilium mutationem; quoniam in sacramento fidei, cum speciebus panis ibi cognoscere panem non esse; in fide Caietani, signorum contradictione, videtur panis & panis, ubi panis in escam non videtur, nec species. Vividè dialecto nostræ: *Pan, y pan ostenta la providenciâ, quando se ve ni un bocado de pan, que echar à*

Quando facti mei in esca.

Psal. 32. 19.

Psal. 32. 19.

Psal. 32. 19.

Miracula Caietani op-  
pefita mi-  
raculi Eu-  
charifia.

la boca. Fidei rutilat miraculum, spe-  
randarum fubftantia rerum, argumentum  
non apparentium. Credere non vifa fidei  
eft tota fubftantia; ceterum fides heroica  
eft credere contra vifa. Tam hoc, quam  
illud miraculum videtur impoffibile rati-  
oni; at per fidem, efto oppofitum mi-  
raculum, lucet poffibile: quandoquidem  
fi in fidei myfterio non eft fubftantia pan-  
nis, etfi videantur fpecies; per fidem Cai-  
etani, novitate ex mutatione prodigij,  
ubi fpecies panis nulla, divina providen-  
tia habetur panis fubftantia.

Ubi fupr.

7. *Confiderate lilia agri*: dixit difci-  
pulis, ut vidimus, Chriftus Dominus.  
Contemplamini quam alte furgant, quam  
fplendide floreat, quam nitide fplendeant.  
At non horti, fed *lilia agri*. Non quæ nu-  
trit cultoris ftudium, fed quæ germinant  
quafi ludibrium ventorum. Nonne ameo-  
nora quæ viridarij deliciae, tam decore,  
quam candore? Sic patet oculis, quando-  
que ingenium totum incumbit in cultum;  
verum longe à Salvatoris propofito, do-  
centis homines pendere à cælo. *Ne folici-  
ti fitis homine veftra quid manducetis: fci-  
t enim Pater vefter quia his omnibus indige-  
tis.* Hæc eft cæli voluntas, Caietani vo-  
luptas, doctrinæ raritas & inflituti novitas;  
cuius lectionem in mundo fides docuit Cai-  
etani, in fpectaculo mundi: etenim fi  
lilia horti effe atque confervationem de-  
bent humanæ culturæ; minimè apta viri-  
darij culta lilia: lilia folummodò agri erunt  
Caietani fymbolum; quoniam duntaxat  
aluntur à providentia cælorum.

Verf. 25.

Cur ut lilia  
agri?

8. Semovere intendit Dominus popu-  
lum ab alimonia cura fupervacua; equi-  
dem fufficit diei malicia fua: ne provide-  
ret in craftinum, cum in fubfidium vigila-  
ret cælum: empta anima perfectione non  
labore, fed levamine; quippequam nullus  
labor cælum refpicere. Maxime cum fru-  
ftretur propofitum, & pereat meritum:  
igitur fidentes providentia, inveniunt pan-  
nes, quum alijs panes convertantur in  
vermes. *Nullus relinquat ex eo ufque ma-  
ne.* Servare panem, non erat obfervare  
cæli gratiam; cum homines incumbere  
in inquisitionis indutrium. In cælo pone-  
re fidem, peccatoris humani elevat folicitu-  
dinem, atque conftruit perfectionem. Unde  
ut Dei providentia videatur, dicit,  
quod nihil ufque manè fervetur; equidem  
qui perfectionem follicitat in virtute, totus  
totaliter debet à cælo pendere. Perpende  
abundantiam gratiæ credentibus provi-  
dentia. *Plenam vobis panes de cælo.* Quanta

Exod. 16. 19

Ex cælo cen-  
ta habebat.

Verf. 4.

Dei erga nos follicitudo! *Panes pluam, &  
Vobis & Panes de cælo.* Dominus non di-  
mittet, neque derelinquet. Etsi deficiat  
panis, perfiftat fides: equidem qui credit  
providentia, non relinquetur vel in  
ipfa demiffione fine pane. *Panes vobis*: igitur  
fi Deus, qui refpicit, refpicitur in an-  
guftijs; vel in panis anguftia de cælo de-  
fcendat panis. Incerta funt providentia  
noftre vel in ipfa certitudine. In Deo non  
tantum providentia, fed abundantia: ete-  
nim in indigentia non folium panem  
confert, quinimò pluit. *Vobis panes.* Quare  
*Vobis*, qui dat efcam omni carni? Mundus  
conftat eius fulcro providentia. Uti-  
que, fed diverfiffime. Eftque nobilitas,  
nutrimenti qualitas, & opportuna miffio  
pendent à corde confidente Deo. Unde  
vobis tantum conferetur gratia, à divina  
pendentibus providentia, quoniam fi com-  
muncem panem maducat orbis terrarum,  
in efcam vobis panis erit panis Angelo-  
rum. *Panes vobis, & de cælo* addit. Roboratur  
promiffis fidem, ut homines expectent  
divinam difpofitionem; ac iaçent  
cogitatum in Domino, in ipfe enutritur de  
cælo. *In nemore prandenti Augufto* (ut  
Sueton. ait in eius vita, c. 94.) *ex improvifo  
Aquila panem ei è manu rapuit, & cum  
aliffimè volaffet; rursus ex improvifo le-  
niter delapfa reddidit.* En quod forte men-  
daciùm erga Auguftum, portentum in-  
figne erga Caietanum. Cur panis raptus, fi  
redditus? Signatur divina erga Caietanum  
providentia, & providentiæ gratia: etenim  
etfi haberet in mundo; gratior Caietano  
panis de cælo. Magnum vivere ad arbi-  
tria cœleftis poteftatis, ut potè fontes effi-  
cacis amoris: igitur fi forte in confervatio-  
nem hominum, alimentum deficeret nec-  
ceffarium, vigili providentia in terram  
mitteret cælum. Operatur divina maieftas  
difpofitione mirabilis providentia, iuxta  
arbitrium ac dedicationem cordis humani,  
quod quidem auxilium de cælo percipit,  
contra quæ videt: etenim panis venit è cæ-  
lo, quin cognofcatur quomodo; quoniam  
non folum efcam conferendo faver, fed &  
miraculo nutrit. *De cælo*, ut eluceat cor-  
dium refignatio, & refplendat providen-  
tiæ magnitudo: quandoquidem in mi-  
raculo fpectatur prodigium; fed latet, quo-  
modo factum.

9. Vifum præfide Caietano, quod con-  
tingit in deferto. Sequebatur Chriftum mul-  
titudine magna, fed famelica: quam cum  
vidiffet, dixit ad Philippum: *Unde ememus  
panes, ut manducent hi?* Vide dicta Tom. 1.

Deut. 36. 6.

Cæli gratia  
in præmium  
eius fidei.

Sueton.

Joan. 6. 5.

Modus pro-  
videntiæ exi-  
mus, qua  
non cogno-  
fcitur modus

Bagat.

Quanta mi-  
racula in mi-  
raculo Cai-  
etani, pane de  
cælo venien-  
tes

Lilia fymbo-  
la pet.

Scen. Orat. 7. à num. 10. Panis defuit,  
panis affuit, & abundavit, quia crevit. Mo-  
dò inquirendum: Cur fi Chriftus decreve-  
rat parationem miraculi, difcipulo dicit:  
*Unde? Ut viderent cuncta miraculum, fed  
non modum. Studium commendat in di-  
vinam providentiam: & tunc ex miraculo  
extulit concessam gratiam; quippe ma-  
gnum, expectantibus auxilium, quod pan-  
is illis veniret, quin fcirent, unde vene-  
rit. Modus in opere eximus, ubi tantum  
cognofcitur opus. Deficiebat panis. Au-  
xilium duntaxat providentiæ Salvatoris, in-  
figni modo & miraculo; ut turba famelica  
Deo in neceffitate crederet: equidem au-  
xilium opportunum ita difpofuit; quòd  
cognofcerent miraculum vifo pane, fed  
non cognofcerent unde. Neapoli cum præ-  
pofitam gereret Caietanus, defecit in  
prandij hora fubditis cibus. Signo dato,  
accubuerunt menfe, qua nihil appofitum  
nifi mappæ, converfa ab illo in pafum dul-  
cedinis fpiritalis, refectione corruptibili  
corporis. Cura fubditorum in efca folici-  
tudinem dormiebat, verum cælum in au-  
xilium vigilabat. *Pulfatâ iamâ* (dicitur  
in eius Vita, lib. 2. cap. 14 num. 6. à Ba-  
gatta Tom. 1. de Admirand. O. C. lib. 4.  
cap. 2. num. 84. Iofepho Sylos, Hiftor.  
Cler. Regular. p. 1. lib. 7.) *inventus in  
illa copinus plenus delicato pane, quin co-  
gnofcerent, quis tulerit, vel unde venerit.*  
Menfam benedicit Caietanus, quin fit ci-  
bus? Quid fanè benedicit? Panem, qui ve-  
nit. Unde igitur? Non cognofcitur. Haud  
effet miraculum infigne, fi fcirent unde:  
fomma profectò fiat in eo quòd miracu-  
lum videant, verum modum non intelli-  
gant. Ubi defuit panis, non defecit Cai-  
etani fides: equidem fubditos non tam aluit,  
quam miraculo refecit. Operatur iuxta  
tenorem naturæ: igitur summum in perfe-  
ctionem miraculi; quòd fieret mirifice  
commendabile fignum, quin fcirent vi-  
dentes quomodo factum. Refectio fuit fi-  
dei, potius quam corpori: non panis, nifi  
venturi, benedictio Caietani: etenim dum  
curæ humanæ feputa follicitudo; advenit  
panis delicatus è cælo. Non mirum, in fi-  
de fic infignitas, quòd fit à cælo laureatus.  
10. Spes aliam designat facultatem,  
quæ fubtiliffimam conftruxit Caietanus le-  
ctionem; oftendens arte quid & quomodo  
circa proximum ingeniofe operabatur, qui  
Venator animarum. *Inventa & nova mo-  
liri, quibus animarum faluti opem præfta-  
ret, & ftudio confuleret.* Ita AA. præfati  
ex Sacr. Rot. Lilia funt fpei emblemata, ut*

obfervat Pier. Valerian. lib. 55. cap. 9. &  
Otho Vanius Amor. Emblem. 30. Unde  
Virgil. 6. *Æneid.* verf. 883.

— *Manibus date lilia penis.*  
Nunc verò *confiderate lilia*. Cur ergo lilia  
agri confideranda, ubi exponitur Caietani  
fpes mirifica? Eft magnum difcrimen ob-  
utilitatem & decorem inter rationalia lilia,  
& lilia fata. Hæc flores funt, fed manent  
flores, fi manent, quippe pereunt ante  
diem; eò fragilia, quò pulchriora. Ratio-  
nalia autem uti flores nitent, ceterum in  
hoc ftatu non permanent. Ultra procedunt  
in commodum, quippe inutiles flores, fi  
non in fructum. Non expectabilis fructus à  
lilij, quæ fpei duntaxat figna uti flores.  
Verum in Caietano fignanter rutilat flos;  
quoniam liliū rationale tulit fructum ul-  
tra fperam. *Flores mei fructus*, ubi cor ho-  
minis hortus. Ut fingulare amonet oculo  
fpectaculum, *florète flores quafi liliū*:  
igitur ita benedicitur, ac Dominus in ope-  
ribus magnificatur. Quis audivit unquam  
tale? Et quis vidit huic fimile? Magnum  
eft, fructus, ubi tantum flos: meritòque  
fic lilia perfectum fymbolum Venatoris  
animarum; quoniam fructum cibus fpei per-  
ferebat, ubi nec fpes micabat.

Virgil.  
Ubi fupr.

Floris Caieta-  
nani fructus.

Eccle. 39. 19  
& 24. 23.

11. Erat (fi homo, creperum) qui-  
dam perditis moribus, ac flagitijs manci-  
patus, emotà criminibus penate, ac iugula-  
tâ ratione. Reducere frugi fatagebat Cai-  
etanus, verum ille magis à femita devius.  
Tendebat infidijs arte Venator ingeniofus  
animarum; at fruſtrâ iactum rete ante oculo  
pennatorum. Quam obſtinatum cor  
in duro peccatore! Ludebat filex, & illude-  
bat icibus Caietani. Quæ tela icit! At-  
tamen.

— *Serpens sine vulnere manſit,  
Loricæque modo squamis defenſus, & atra Orid.  
Duritiâ pellis, validos cute repulſit icibus.*  
Illicò ut vidit tantam in corde proter-  
viam, fulmen amoris intenfius propende-  
bat in victoriam: verum fruſtrâ: ſiquidem  
etfi inflexibilitas eſſet fomes Seraphicæ  
charitatis; ut reunderet flagitras ignitas,  
peccus perfuſitæ adamas, oftendens ex  
corde faxeo, quod nunquam viſum, in-  
fenſibilis homo.

Orid.

Quomodo eſt  
quo ingenia  
Venator ani-  
marum?

*Non tot Achemenijs armatur fuſa ſagittis  
Spicula, quot illo peſtore fixit amor.*  
Omnem lapidem Caietane moves, fed non  
moveret qui ultra lapides lapis. Operam  
& opus perdis. Nil intereſt. Palam (di-  
cit) ſementis ſine fructu, ceterum à ſpe  
non decido. Cuncta in ſalutem fruſtrantur,  
fed faciendâ, etfi fruſtrantur.

Propert.

No:

12 Notus sane angor passus à Christo, orante genitorem in horto: equidem comota interne animà, maduit sanguine terra: exprimente vividè violentiam angoris, excessu sudoris sanguinis. Cum voce levetur interior pectoris pœna, sicine afflicto ad Patrem aperuit labia: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Si possibile ex iussione quadantenus dispensatio, istius calicis à me abscedat amaritudo. Non calix, sed *calix iste.* Iste signanter: ut ait Hieronymus hic, & Iuven. lib. 4. *Histor. Evang. vers. 493.*

*Si fas est genitor, calicis pertranseat bulus Incumbens valido nobis violentia tractu. Calix iste.* Passio calicis dulcis, verum calicis istius potio sanè intolerabilis. Sic trucidat: ergo transeat. Ita vellem. Nihilominus addictus beneplacito tui absoluti infalibilis decreti, summà resignatione, vel longè à contrarietate. Pater vult: Filius vellet Patrem nolle. Qua ergo lege, si Filius non renuit quicquid vult Pater, & Pater vult istum calicem bibi; Filius dum transeat sicine cupit, aliter Patri, est consentiens voluntati, proponit? In Scholis diluitur dubium efficacitate ac inefficacitate utriusque voluntatis. Vide D. Thom. 3. p. *quæst. 18. art. 3.* & Suarezium ibid. *Disput. 38. sect. 2.* Iuxta Damascen. de *duob. Christi voluntatib.* discrimine voluntatis naturalis, quæ Græcè dicitur *Thelipsis*; & voluntatis rationalis, quæ dicitur *Bulipsis*: de quo alibi. Modò aliter exponamus textum in amoris proposito. Filius vellet non mori pro præfatis, dum Pater iusserat mori pro reprobis; quia nulla micabat ratio finalis, vel intuitus rationis, ubi nullus sanguinis preciosi fructus; imò tantus labor cassus. Orat Filius, quòd passio excusetur pro illis: attamen modò passio inexcusabilis; vellet omnes homines salvos fieri, etiam filios perditionis: quandoquidem prævalebant totius mundi delictis pretiosa momenta sanguinis. Hoc votum. *Si possibile est*: Pater dicit: Non possibile. Sanguis effundendus, & totus; sed heu! Etiam sanguinis effusione, damnabuntur reprobi. Nec spes pellucet eorum conversionis, vel moriente Deo pro illis, & morte crucis. Corde gravi erit rebellio, est fiat totius sanguinis effusio: & dum fructus optatur pro salute ac conversione, quod optatur non possibile; ut amor transeat in summum, & super Seraphim volat, dum calix iste non tranfit: quandoquidem ab amore summum in obsequium fit, ubi

Matth. 26. 59.

Iuven.

Obsequium amoris, annate sine fructu, ac sine spe.

fit maius obsequium sine fructu; ac sine spe.

13 Ulterius. Filius vellet aliter calicem, quippe de perditione reproborum dolet. Pater iniungit, quia sicine tædet. In dolore Filij dolor non erat dolor, sed amor. Illa angustia non ex angore, sed ex charitate. Unde quidam ingeniosè faciunt:

*Non dolor hic meus dolor, est amor: hoc doleo unum,*

*Quòd labor hic multis noster inanis erit.*

Frustrata spe, dolet cor. Frustrata spe in animarum amante venatore; planè acerbis calix iste: verum cum constet amoris eximij demonstratio, ubi pretium sine fructu; & propter demonstrationis obsequium, signat Filio Pater non calicem, sed calicem istum: equidem summum, quòd pretium dectur in lythrum, & amittitur pretium; quippe nullus fructus eximij amoris, si esset ullus fructus sanguinis, amisso pretio, sed non amore pretioso. Vernaculè: *Por ser la mayor fineza, el que se obre la fineza sin la menor esperanza.* Insuper, Sanguis Christi non omnibus profuturus: reprobos sanè recepturus infernus. Filios cognoscit sanguinem perdi, & pretium fructu inani amitti. Cadit animo, qui tot labores contempletur sine fructu. Ni iactura coram oculis, spe respiraret flamma pectoris; sed compressit amantis viscera sine spe caloris compressa flamma: ceterum cum Pater intenderet in excessus amoris Salvatoris, ut charitatis rutilaret fides, effuso pro reprobis sanguine, supposita reproborum ac sanguinis perditione, non est magni dare & perdere; sed perdere, & dare. Calix esset crucem pati, & fructum ferre ex passione. *Calix iste*, ut amor floreat, sanguine præclarus fit, sine fructu ac sine fructus spe. Sic transeat amor Filij desiderat. Pater dicit, impossibile quòd transeat: igitur amor pectoris cruce florere non posset, si calix iste tranfret. Urgebat tenax animi ingratitude, cui tenacior respondebat charitatis demonstratio: etenim amabat propter amorem, cum etiam amaret cognoscens ingratitude, & effundens totum sanguinem. Voluit Pater ostendere in patiente Filio, quantis be-

Quantum dicitur non amantem, quod per se homo?

Quid summum in eorum amore?

Ac

neficijs illi astringeretur homo. Non tantum ostendendum quid amori deberet; sed modus, quo opus tanti amoris consummavit: siquidem mirabili studio non defecturus amor vel in modo. *Quid* insigne, corporis effuso sanguine. Modus singularis, quo flammatum patuit cor; quippe effusus sine spe: modus sanè supra modum: igitur sine spe ulla excessivum obsequium.

14 *Speculum Salvatoris* plauditur Caietanus. Iurè. Intendit effundens sanguinem, in viam oblitinatum revocare hominem. Quò intuitus Caietane?

*Male operam locas.*

*Nihil amas, cum ingratum amas.*

Quò tantus sudor? Quorsum labor? Quid proprij tormentum corporis, si semen accipit, qui non accipit lapis? Cassa omninò cogitatio, atque pretiosi cruoris effusio. Rinaris spem? Nec ullam: at charitas Christi urget pectus in flammam. Non est spes, cum amor sit: & sine spe conversionis micat flamma charitatis; qua arctatur in perfectionem operis cogitari, charitatis perfectione: igitur ubi nec spes ulla conversionis videtur; pro conversione oblinati totius sanguis effunditur. Si spes quieti concipi conversionis, quilibet labor esset malicem pectoris. Sine spe miscetur dulcedini amaritudo: & nihilominus nulla amori exacerbatio; quippe præstat dulci amori, ex isto calice bibere, mittendo flammam & flammam, quantumvis cordis lapidei cognoverit resistentiam. Infiltrat, an frangatur lapis cordis, cruciatibus propriæ carnis. Verberat, lancinar, & tunc amor magis flagrat: equidem eminet ex amore sine fructu fructus asperitatum, pro frustrata tanto semine conversione peccatorum. Ars illustris singularis Venatoris ostendit entitatem, modumque in officio charitatis. *Quid*, per labores, quousque reliquerit venas extangues: modum, per zelum; equidem perfudit sanguinem, sed extra fructum.

15 Improbis telis impenetrabili corde renuebat: Caietanus verò instabat.

*Si modò duraveris, premia digna feres.*

Dicit Caietanus lachrymari decenter, ut guttæ cavarent lapidem. Noluit Deus frustrari tot vota frustrata, neque perfundi ut perfunderetur missi sanguinis lucenta. Cogitatio conversionis sine spe meritum auxit, equidem illa procul, vel nullibi, zelus operabatur, quasi haberet: præmiaque digna tulit; quoniam possibile effuso sanguine obijcitur, quod impossibile progressum videbatur.

AA. præf.

Plaut.

Caietanus laborat in hominibus conversionem, et si cognoscat laborem inanimem.

Ovid.

In spem esse, etiam spem credidit, et veno gultur.

Sape obstinatis induit frenos amor, Et odia mutat.

Uti Abraham contra spem in spem credidit, ut fieret pater. Invenit spem quæ perierat, & ubi non erat: equidem ingeniosus venator, ne ictu præda avolando fugeret, tanta arte viscum disposuit; ut qui celer, præceptaque inferni mancipabatur flammis, eius dolore culparum procideret ante pedes.

Senec.

Rom. 4. 12.

16 Satis, superque sudatum. Contemplor in hocine peccatore aqua Contradictionis silicem, at in Caietano Moyesen. Indicitur illi, loqui ad petram, ut cedat durities in lachrymarum aquam. Moyfes animum depondit, & spem omninò amittit; quippe perperam respondere quibat suavitati vocum, durissimum insensibile saxum. En speculum cordis lapidei, quod contrivit industria Caietani. Semel percussit, & pectus petra non celsit. Denudò tundit, pectus quatit: *Cumque ele- vasset manum, percussit virgâ bis silicem, egressæ sunt aquæ largissime.* Silèx est, sed celsit silèx. Sine spe contra spem credidit, tanta efficacitate vocis; ut liquefaceret lapides. Commovit immobile, quod spei videbatur impossibile: sed in spem credenti contra spem, omnia possibilia sunt. clauditque amor in fornace pectoris, dum plorat lapis; igitur tanta cordi inerat flamma, ut in compunctionem moveret, vel faxea corda. Hoc in articulo apparuit gloria Domini. Contradictionis est aqua: & ibi Domini gloria? An quia inventa spes amissa? Aliquid in tractu videbatur magis, dum aqua fletus ex ipsa contradictione. Perpende: *Egressæ sunt aquæ.* Ita mirabilis tactu virgæ. Nonne gloria & magna, quòd silèx mora cesserit in latitem, quæ pridem levi tactu vomebat ignem? Non solum aqua, sed *largissime egressæ.* Silèx concipit ignem non fletum, scintillans, scandescens levem ad motum: & dum conteritur, silèx cor durissimi peccatoris, ictibus Caietani, patet mundo gloria cæli; quippe cælo summa gloria ex contradictionis aqua: quandoquidem visum ex silice pectoris (ciaculante flammæ, vibrante ex tactu scintillas) præterire cor contritum in aquas largissimas lachrymarum.

*Quò fugis ab demens? Nulla est fuga: tu licet usque*

*Ad Tanaim fugias, usque sequetur amor.*

Mittit Caietanus sagittas suas, & conturbavit dementem, quin evacuaretur phagone obijcitur, quod impossibile progressum videbatur.

Num. 20. 11.

Convertit vel corda saxa.

Verf. 6.

Artemirificæ.

Gloria cæli ex peccatoris conversione.

Propert.

Mmm tcs

tes ibant & flebant. At uterque diversimodè : Caietanus præ copia gaudij : peccator verò intimè fauciis præ pœnitentia, & dolore.

At nihil à telis pharetrati munit amoris: Quem ferit hic volucri cuspide, transfadigit.

Lauream iurè in spe Caietanus è celo meruit, qui sine spe fructum tulit.

17 Restat via eminentior demonstranda, ut lectio Caietani clareat superiore spherà. Hæc est tertia facultas, qua cathedram collocavit eximia charitas. Ut ergo consiler quanta, Considerate lilia. Sit ergo : verum videtur peregrina locutio. Charitas emittens ignita tela, designat cor inter flammam. Quomodo ut cordis eluceat flamma, consideranda lilia, dum hæc præferunt candorem, charitas ignem? Sunt & purpurea lilia; inquit Plinius quò supra. Sunt lilia ignis specie. Est species Caietani: igitur magis eminet ignis charitatis flamma pectoris, purpureum liliium, super candorem spectabilem mortum. Specie Sponsi nota lucet Caietani: Candidus & rubicundus.

Matth. 6. 28.

Lilia purpurea.

Plin.

Cant. 5. 10.

Stat.

Matth. 17. 2.

Psal. 38. 4.

Psal. 71. 26.

Niveo natat ignis in ore Purpureus.

Ut aliò cecinit Statius 1. Achilleid. v. 160. Nix & ignis venerunt gloriæ signum, maieftatis ostentum; quoniam splendor charitatis flammæ conflat ex candore vitæ, quasi ex fomite. Candidus & rubicundus. Univocatio in coloris differentia? Ecce Caietani gratia, qua videtur amoris profectò excessus; igitur ignoratur & quid & modus.

18 Mentem ac mentis excessum David exponet in commendationem charitatis. Concaluit cor meum intrame, & in meditatione mea exardescet ignis. Cor concepit in contemplatione Deitatis superiores scintillas, & rupto pectore erupit in flammam; quæ utpetè cœlestes, ita attraxerunt ad se, ut desereret pectus sublime flammatum cor. Nec mirum: flamma sanè semper fursùm. Defecit cor meum. Volat utique in cœlum cor ignitum, à charitate faucium. Defecit cor. Oh? Papæ! Deus cordis mei! Quid ergo dicit? Quid est hoc? Deus cordis, & cor non est? Singularis prorsus transformatio, qua cor possidetur deficiente. Deus cordis mei. Sui, etiam dum abest à pectore? Sine corde longè vita, quia à corde vitalis flamma. Qua arte cum vitalitate, dum sine pectore? Quomodo igitur viget, si in ipso vigore languet? Quomodo respirabit, si respira-

tionem desicit? Erit vivere & non vivere vita absque vitalitate, incognita à flamma vita, quippe fugit vitæ flamma. Cuius & quomodo vita? Amoris est: sic stat; & stat amor, quia sic. Operabatur gratia in cordis flammam, subtrahens & conferens vitam: equidem eius mirabilis magnitudo, ex eo quòd lateret videntes & quid & quomodo. Ergo inspiciamus excellentiam, & vitæ cœlestis gratiam. Si cor haberet in pectore, à quo naturaliter vita; viveret charitate fauciatus vitæ propria. Defectu cordis in pectore, & simul respirationes cœlestis vivebat aliunde; equidem per divinum ex contemplatione halitum, vita abscondita dulci charitate in Deum: & quàm deficiebat cor propria exanimatione vitalitatis, Deus dicitur Deus cordis; quoniam vitæ supernaturali, qua gaudebat anima, erat præ amore alia vita: quoniam respirans inter flammam charitate, phœnicis instar exultabat in igne: quoniam adhuc in statu vitæ mortalis, mortalis vita erat vitæ cœlestis.

19 Concepit cor Caietani ex oratione scintillas, & fugavit à pectore flagrans, exardescens charitas.

Cor visum est pectus deseruisse suum.

Volavit fugitiva vita cordis, ubi erat ignis. Si urget viscera voluptuosum incendium; quippini cor cum flamma evolaret fursùm? Cor habet? Nescit. Respirat, verum quo, ignorat. In summa tendit, in pectora Christi fugit. Scit quo, sed nescit quâ. Ducit amoris flamma, atque vivit sine vita. Quomodo vivit? Non esset cœlestis vivificatio, si sciret quomodo. Vivit? Nescit. Cognoscit gratiæ munere vivere; sed quomodo non cognoscit. Cognoscit vivere, sine proprii cordis vitalitate; quoniam dum ad vitam amore defecit cor, eius cordis vita Dei. Deus ipse cor Caietani, ibid. dicitur. Attrahunt missa conceptæque flammæ, ubi in propria, alia sublimitas vitæ: & deficiente à pectore corde, principio vitalitatis, Deus signatur vita Caietani cordis; quoniam cor Dei excessivo amoris igne, erat præ amore cordis cor Caietani. Non pateret quanta in corde flamma amoris, nisi esset, ablato corde, vitæ cœlestis.

20 Vita Caietani erat vita abscondita, quia Christus vitæ fursùmque tendebat animus, ibi ubi Christus. Intelligitur modo Paulus. Electus à Patre dicitur, ut revelaret filium suum in me. Christum se revelasse Paulo, non crepetum: verum summè, mundum in Paulo cognovisse Christi-

Quid est vita abscondita in amore?

Et in mundo vita cœlestis?

AA. præf

Caietani vita propria, amoris vitæ.

Colof. 3. 3.

Galat. 1. 16.

Chri-

Christum. Quomodo ergo in Paulo mundo Filium Pater revelavit, si mundus eum non cognovit? Ut Deo vivam, Christo confixus sum cruce: amor Paulinus respondit. Non poterit vivere secum, si sibi vivit.

Cap. 1. 19.

Dion. Areopag. Amor divini inebriat

Ecstasim facit divinus amor (inquit Dionys. Areopag. de Divin. nomin. cap. 4.) amatores suo statu dimovet, & sui iuris esse non sinit. Claret vita abscondita alterius vitæ: suumque proprium non est cor, cum nesciens an vivat ipse, sit ubi sui iuris non est. Ut vivam, Christo confixus sum cruce. Sit ergo, ut vivat ecstasice, ac in cœlis designetur conversatio: at tamen unde Verbi Dei mundo per illum cognitio? Quia cum Christo & pro Christo crucifixus; mundus cognovit in Paulo Verbum Divinum incarnatum, quod in cruce vitam profudit pro mundo? Dicat Christum D. crucifixum pro se, at quòd ille pro Christo cruce affixus etiam sit? Utique, sed amore: intervenit discrimen minillitrum, non cruciaminum; equidem in Paulum excogitavit charitas, quod in Christum experta dire crudelitas. Voluit Pater exhibere perfectam imaginem Filij misero mundo; ac revelavit in Paulo. Per formæ speciem vel non speciem in imagine percipitur convenientia vel discrimen: Christusque Filius Dei crucifixus revelatur toti mundo, crucifixo amore Paulo; quoniam mundus Christi intendens in speciem, Paulus sine distinctione reverebatur imaginem. Erat sine differentia discretio, in discretionem valde similis proportio: unde in Paulo revelatus Christus, atque suspensus ad discretionem sensus; igitur nulla distinctio, neque discrimen ad oculum inter nobile exemplar & exemplum.

Paulus crucifixus amore.

Imago Christi.

AA. præf.

Caietanus ab amore crucifigitur.

tur Caietanus, forma verò crucifixionis ab amore, Iesus Christus. Si eadem signa, etiam in discrimine nulla apparet differentia: Christusque signanter revelatur, ubi eius imago in Caietano obijcitur; equidem qui attentè videt imaginem, omnimodam in utroque invenit similitudinem. Felix utique error: artificium excogitavit amor. Dubium gratum apparet in discrimen oculorum, pro differentia dissimili inter figuram & signatum.

Unaque compositis miscens animatua labris, Ad faciem hanc faciem dirigit ille suam. Hefius; Ita cecinit Guiliel. Hefius lib. 3. de Charit. Emblem. 24.

22 Hæc sunt flammæ amoris: hæcine signa insignia singularis charitatis: ceterum quia operatur gratia, etiam cum Christo vita Caietani abscondita; quo in articulo ignoratur quid & quomodo. Sic enim devotio stabit? Quisnam Caietanus erit? Stylus novus. Caietanus quis erit? Caietanus. In sacris non nova vox. Ad Ioanem missi ministri, ut interrogarent eum: Tu quis es? Magnum certè testimonium excellentiæ, præteris informatione: etenim quem scientia intuentur, præ excellentia non cognoscunt. Quisnam erit Caietanus? In Christo invenitur cognitionis modus. Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: dixit Scribis & Pharisis. Tunc in cruce cognoscet, & non modo; quàm modo coruscantem miraculis absorpti vident? An quia viso in cruce frangenda saxa, contundenda peccatorum pectora, & ad se suaviter trahenda omnia, ita ut cum vexillum signum crucis in Nationes elevarer, totus mundus attractus post eum abiret? Alia signa urgent in cognitionem, ut rimentur excellentiæ maiestatem. Crucem nudus ascendit, brachia expandit, pectus thronum amoris aperuit, intercedens & vocans peccatores in asylum penitentiis cum clamore valido ac lachrymis. Unde cum latens maiestas animæ, in corpus inclusa, cognoscatur perspicuè corporis formâ; cognoscendus quis esset, dum crucem subjicit: quandoquidem nullum clarius maiestatis indicium, quàm ostendi pectus nudum, brachijs expansis in cœlum. Vide quæ diximus Tautolog. 3. D. 4. num. 10.

Exemplar Christi.

Ioan. 1. 19: Baptista ex cœlestia.

Mira operationes Christi pendentes in Crucem.

Quantus amor!

23 Quis ergo erit Caietanus? Claret ab amore crucifixus. Ex tunc cognitus. Plus miraculis? Amplius signis. An quia solatium merentium, retugium afflictorum, spes desperantium, baculus cadentium, venator animarum, virtus peccatorum,

Mmm 2

In Galetani forma corporis figura Cbaritatis.

rum, molestiarum, respiramen, dolorum fulcimen, dux errantibus, iniqua penitentibus, clamor furtis, lumen caecis? Hac miracula talia in cognitionem ardentis animae signa. Ex forma corporis conspicitur excellentia maiestatis: signant quid latet in corde, pectus nudum, manus in caelum expansae. Elucet etiam Ecclesiae Caetani magnitudo, & qualis dilectus ex dilecto. Constat celestis Doctoris claritas, ubi adest meritorum cunctorum universitas; quippe Deo plenus, & iure à caelo laureatus. Utramque paginam implet: facultates virtutum supernaturalium cumlavavit. Quare gratia & gratiae industria, quasi non sufficerent fidei, spei, atque amoris facultates, modus ab eo cogitatus illas fecit insigniores. Dicam merito ex Mantuano lib. 7. Silvar. Modus

Audentes animos amat, & sublimia corda Gaudet ad exitium sollicitare decus. Hi sunt qui factis celebrant illustribus orbis. Et quorum penetrat nomen utrumque polium.

Mantuan.

DIDASCALIA III.

Inter vitia deteriora, ingratitude pessima.

Seneca.

Ingratus sine mente.

Horat.

Paulsan.

Torrent spinarum.

Ioel. 5. 18.

Ala pro bonis legere, dementia est. Nunquam enim re- Et mens vertitur: ait Stoicus Cordubens. de Vit. beat. cap. 6. & 7. Ergo dum mens vertitur ab ingrato (beneficio à cognitione sepulto) erit sane sine mente; quippe dementia, si mens absque rectitudine: palam profecto amentia, ubi pro bonis eliguntur mala.

Hae seges ingratos tulit, & feret omnibus annis.

Quanam leges? Dicit Pausanias in Attic. cap. 9. Multa solent ex amoribus hominibus existere calamitates. Amor conciliat, non gravat dignatos: intimèque compungitur pectus, ex eo quod inveniatur calamitatem, quò uberi gratia seminavit amorem. Stripes pessimae, radices amaræ, in mucrones prodeuntes, ac manum beneficam lacerantes: equidem quò plus rigantur, eò in punctiorem validiores fiunt. Quibus illi haec fors laeva contingit variatione feminum, similes planè rigantibus torrentem spinarum: igitur suffocatis fati gratijs, ac exortis spinis, terra pravà, à malicia inhabitantium in ea, in obsequium

gratitudinis, alitos à torrente gratiarum praeveniunt fentes. Conventientia mira quò ingratoria pectora: equidem torrenti beneficiorum non spinæ respondent, imopitius torrentes spinarum.

Semina iecisset, totidem sumpisset & hostes, Ovid. Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.

Quantum perfidia! Etenim non hostis spina in vulnera ereferet, ni amor infcius (sed beneficus) rigaret. Adinstar sycomotori pectus ingratum, siquidem aqua fotum deteriorem promit fructum. Ira Theophrast. lib. 2. cap. 8. Pliniusque lib. 13. cap. 7. addit, arefcere in undis, certaque fugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. Nihil mirum: Tantum ferreis unguibus maturefcit. Cor patet pravum, & indicat symbolum: igitur ab eo nullus spectandus fructus, quod maturefcit vulneribus. Cultor vires irrigatione exhaurit, & illud ingratum magis arefcit: quandoquidem ubi amplior gratiarum aqua, in ipsa aqua, gratitudinis nec gutta. Aprè sycomotorus, qua relucet stultus.

Stultus sicut Luna mutatur: inquit Siracides. Adinstar Lunæ sese gerit stultus. 12.

Quid ingratus? Minimè mutatur sensus: signat sane paupertatem mentis abundantia ingratiitudinis. Quare ergo ingratus conferendus Lunæ? Mutatione. Ni mutaretur ingratus, neque esset ingratus, neque stultus. Utrumque videndum. In totum (ait Plinius lib. 2. cap. 9.) mutata ab eo luce fulgere: ideo & inaequali lumine aspici, quia ex adverso demum plena. Canit etiam Iacobus Billius in Antholog. Quò magis à Phæbo distat soror, hoc magè nobis

Fulget, & à superà lumine parte caret. Lumine inops, Soli lucis fonti accedit, non tantum ut lucem habeat, sed ut splendat. Accedit: non accederet, ni speraret; cum expectet lucis beneficium, sed in recessum. Sine illius aspectu langueret splendor: & minimè in confortium ducit amor; quippe non accessura, ni indigeret, nec in conspectum tanti luminis nisi lumine veniret. Mutatur Luna, dum eget, & non eget: symbolumque iure cordis ingrati describitur; quoniam vel egens mutatur: siquidem quò maiorem lucem cognitionis gratiarum habet ingratus, magis ac magis meditatatur recessus.

Ulteriùs. In cursu Lunæ obumbratur ars ambitiosi, pectoris pravi, conanantis ascendere in dignitatem, dum longè adest meritorum lumen: equidem lucidioris fovetet fallacium, ni obsequijs fi-

Theophr.

Plin.

Cur ut sycomotorus?

Ecclesi. 27. 12.

Ut Lunæ.

Plin.

Bill.

Ambitiosus Luna feminili.

Atis

Artes ingrati & audacia.

Ambitiosus ingratus.

Ioan. 8. 6.

Descendit, ut ascendat.

Luc. 4. 9.

Gratijs inbit, ut feriat.

Erasm.

Atis sollicitaret ascensum. Hinc lemma Luna, apud Picinell. in Mund. symbol. lib. 1. cap. 8. num. 237. Oppositu clarior: obiecta perscitur. Se opponere non potest splendore, quia casta lumine, & ad huiusmodi adversaricem potentiam, non habet luminis scintillam. Quærit arte, quod deficit conditione. Quærit ascensionis litum, ut extruat & altuat oppositionis embolium, quod non auderet, ni beneficio Solis ascendisset. Clarior habetur, dum situ dignitatem in inferiora adipiscitur: diciturque Luna ingrata, dum opponitur Soli beneficio illam iuvanti in fastigijs; quippe non opponitur excellentiæ proprii luminis, sed radijs duntaxat altititij dignitatis. Luna flens, dicitur à Plinio Luna in Novilunio, sive interlunio (lib. 16. cap. 39. & lib. 18. cap. 31.) quo in articulo omnino nudatur radio. Perpulchra vox! Non solum signatur, sed taxatur ingratiitudinis insolentia, ubi ratione situs in oppositionem fovetur audacia: quandoquidem splendoribus sese nudus conatur opponere, qui extra fastigium, nec auderet hiltcere. Quia ascendit, audet, simulatione gratitudinis preparans vires conceptæ in pectore fraudis. Quis cogitare, antequam ascenderet? Sese quærit etsi per dedecus, ut inveniatur ascensum ambitiosus: retrahiturque sine fronte à quo cognoscit recessum ingratiitudinem; quoniam nullam cogitat posse habere claritatem, nisi per oppositionem.

De Assertore N. in iudicio adulteræ dicit Ioannes: Iesus autem inclinans se deorsum. Quorsum declinatio? Si deorsum semper inclinationes, cur utrumque iungit phrasis? Ut clareat ingrati vtrum pectus, ab illo ficta inclinatione sollicitatur situs: equidem inclinatur, sed non deorsum; quia artificio inclinationis duntaxat quærit ascensum. In alia Tautologia delicatur acumen. Mitte te hinc deorsum. Si ex hinc misio, erit demissio: demissio semper notat inferiora, sicut declinatio: deorsumque utriusque periodo necitur; ut inclinatio ac demissio ambitiosi cognoscatur: igitur plerique se deorsum inclinant, ut ascendant: signaturque præcipitium deorsum, quippe præcipitium etiam fursum. Vernaculè vigilantissimè. Ay tambien precipitios subiendo à la Dignidad, y mas quando el ambicioso se inclina para subir. Hic iocus Arrippi de Dionysio (ut in eius Apophthegm. lib. 3. num. 49. apud Erasim.) notati de proiectione, ac adorationis dedecore, acutè respondentis: Non ego in culpa sum, sed Dionysius, qui aures habet

in pedibus. Minimè se inclinaret versus tellurem, ni excogitasset ex tanta proiectione utilitatem. Unde quod videtur obsequium, caret commodo negotium; quoniam tantum intendunt in gratias, ut conforment in sagittas. Solem Aegyptij ornant, uti observat Chartarius in Apoll. Vinc. Char. cum scuto, sagittis & Gratijs. Signa singularia, maxime cum inter ingratum & beneficium dividuntur officia. Hic dona distribuit; hic potius rapit, quam recipit, simulatione extructa sub amicitia fucata, ut beneficijs de se benemerito opponat, & ex tuto ad fatiditatem percutiat: igitur quæ in manu benefactoris sunt gratiæ, in pectore immemore sunt sagittæ; quoniam oppositione infami collata gratia à recipiente retorquetur in vulnera. Gratiarum, maxime si eximiae, nobili femini, respondent spinæ in pessimo corde. Ni esset in beneficio cautio, confidentia amicitiae periret homo: & ubi imago designat cum Gratijs Solem beneficium, additur in cautionem scutum; quippe ni haberet, ut torqueretur acerbitas, configeretur à gratijs, iam conversis in sagittas. Arcus ingratiitudinis semper arcus pravus, quia pravum pectus: quod si desunt misilia, ex ipsa formabit beneficentia. Sol distribuit in ipsi radijs munera lucis, ut Luna splendeat communicatis radijs: ab illaque illuminata per minuta disponitur oppositio; ut præ se feratur homini ingrati cordis imago: equidem si Sol favet, & fovet, cum scutum habeat; signum oculis patet, quòd tela timeat.

Iam adinstar Lunæ ex oppositione per dona liquet ingratus. Ergo ex ingrati tudine videatur quomodo stultus. Eclipsis Solis contingit interposita Lunà inter illum & terram. Hæc est ars pectoris malignantis, sub prætextu intercessionis: igitur dum in medio statuitur, ut superiora & inferiora conciliet; utriusque nocet: quandoquidem ab inferioribus lucem superiorem separat, & superiorem eclipsat. Maculat utrumque intercessionis specie, verum oppositionis crudeli malignitate, quasi copia maior lucis vel ex defectu vel languore Solis; & illi splendor, Solis ex deliquio labor: speculante stulti aprè demonstratur Luna, feminantis concordia specie zizania; quippe ordinem tam superior, quam inferior servaret, ni Luna ut augeter lumen, malignanter intercederet. Studium innuit Seneca 2. de Ira, cap. 29. Iam enim iam, quid utrinque demonstratur, audisti. Hic ipse qui ad te detulit,

Vinc. Char.

In beneficijs quasi telare torquet.

Unde eclipsis Solis?

Calliditas diss. vii.

Dissidia sub conciliationis specie.

de

Senec. *desinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quod me protrahas. Ego productus negabo: alioqui nihil unquam tibi dicam.*

Delatoris ar. *Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugna subtrahit. Virgiliusque 4. Aeneid. vers. 197.*

Virgil. *Inceditque animi dicit, atque aggerat iras. Sic iris interpositio in discordantium pacem? Uti Luna solum intendit eclipsim.*

Unde Luna eclipsit? *6 Eclipsis Lunæ fit interpositione terræ. Ni terra media staret, Luna vel splendore mutuo lucreret: iurèque stultici Luna exhibetur specimen, ubi ratione terræ fatue patitur eclipsim: quandoquidem propriam illuminare non poterit, si sibi eclipse non habet. Videamus Solem. Nunquam Luna patitur lucis defectum, nisi corpus eius Soli ex diametro oppositum, & luce plenum. Pleno orbe Soli se opponit, & tunc ex oppositione deficit: stultusque Lunæ comparatur, dum benefactori radijs acceptis ingratisimè opponitur: quippe in cerebro plenissimè Luna, & stultitiz molimina, ex oppositione ampliore sollicitare splendorem, & pati eclipsim. A Sole habet, quicquid splendoris habet, & ideo invide irrepit, parvipendens uti stultus damnum proprium, modò viderit alienum: equidem nihili, quòd luce cadat, & percat: si in solamen perentis, à quo acceperat, deficiat. Supplicium est audacia, pœnaque arrogantis insolentia, quin potiatur voto ex maligna oppositione, imò lumen amittat totum & cum dedecore: igitur cadendo uti stultus sic, iustus permanet ut Sol; at Luna ingrata in benefactorem; tota patitur eclipsim.*

Ingratus stultus. *7 Ipsi fuerunt rebelles lumini: dicit Iovus. Uti Luna sunt stultissimi ingrati, Soli oppositi. Exponitur certamen municipi pectoris, & indolis rebellis ingratitude: equidem hæc sortitius pugnat, & repugnat in benefactorem, dum ille consulit gratijs, ut vincat ingratitude. Ex rebellionem nihil ingratis commodi, nisi voluptas ex illatione mali, & propria damna; quippe lumine Solis extincto, extinguuntur participata lumina: rebellesque lumini exponuntur ingrati; ut clareat cordis pravitatis ex maligna oppositione: igitur pugnant ipsi lumini, fonti luminum, & rebellant: quamvis ex oppositione sese perire cognoscant. Sol quibet retrahere influxum, ne radijs communicatis proprium foveret deliquium: & tunc magis lumini ingrati rebelles, ex cognita conditione in emanationem lucis: equidem fervet Luna stultorum acerbitas, quippe cognoscitur Solis*

Iob 24. 13. *Unde constat stulticia?*

Unde constat stulticia?

benefici bonitas. Elucet ex eclipse. Luna interposita Solem dedecorat, atque radiorum venustate privat. Tunc magis corpori Solari accessit, & lumen illa, coniuncta magis, extinxit. Exponitur in periculo cario, ne foveatur pectoris ingratitude: siquidem Sol non pateretur deliquium, nisi Lunam vassè accedentem admitteret in consortium. *Non dabo quanvis desit* (dicit Seneca de Vit. beat. cap. 24.) *quia etiam si dederò, erit defecturum.* Intersecandæ familiaritates huiusmodi, & insidie removendæ; quippe ingrati nonnunquam rebelles lumini: igitur si indigentes, ut Luna lumini Solis, accedunt, non amicitia, sed similitate ducuntur; quoniam tantum adherent, ut conjunctione noceant, ut remotione deficiant, vel ut deficientes noceant. Accedit Luna, En ingratorum frons aperta, sed perfidica, simulantium operas insidias, dum Sol intendit liberaliter in gratias: equidem tanta cordi perfidia, & fronti tanta impudentia; ut meditata & cognita prodicione, audeant ad Solem accedere. Perpicuius promam. Accessione proximior Luna, eclipsis imminet Soli. Non contingeret, nisi illam sibi sociaret. Non semel, sed iterum atque iterum fellit. Ratio ut Sol accessioem ac intuitum accessioem cognoscit. Ecce pugna pectoris generosi, & cordis ingrati. Nescitur quam maior, vel Solis gratia, vel Lunæ invecundia: quòd hæc accedat, vel quòd ille admittat. Patet, ni fallor, detestabilis ingratitude forma, ex Solis benigna gratia: equidem beneficis liberalis generose confert lumen, vel si cognoscatur oppositionem. In laudem benefici, potius quam in eclipsim ex eclipsi, disponitur oppositio Lunæ, obiecto lumini corpore, rebelli lumini; eminenti conditione patris lucis, etiam si pugnet rebellis; siquidem Sol in radios & gratias pronus; et si semel & iterum, etiam continuo deceptus.

8 Lustremus cuncta. Nil intactum relinquamus. Consortia malorum semper vitanda, uti videntur in Luna, quæ ita noxia in societate, ut cum ea radij Solis sint maligni, qui alioquin desiderantur tantum benefici. Sol præses orbis superioris est, & inferioribus eius necessaria lux. Hæc lædit, quos alia fovet, si secum Lunam habuerit. Unde ut orbis valeat, & præses fulgeat in tanta necessitate; Luna respectus à longe: igitur removenda amicitia orbis Lunarum, quæ deturpat superiorem & noceat subditis. Ex accessu Lunæ fit deliquium

Seneca

Mira audacia.

Summum gratia cognoscere ingratis & favorere.

Ingrati societas nocua.

Carduc. *Cynthia quòd latior Phæbo, tenebrasior inde: Proxima maestas lumina nocte premit.*

9 Quod in corpore Lunæ intuemur, transferibunt corda ingratorum furore Æthiopum. Hi (ut observat Nalalis Comes 4. Mytholog. cap. 10.) *ardore Solis afflicti lapidibus occidentem insectantur, sagittasque, pulverem, sputumque coniciunt.* Quid à Sole agitur, ut ita male mulctetur? Nec mirum, dum urget furor. Solem (ait Stoicus Cordubens. ubi dudum, cap. 21.) *lumina agra formidant, & avertantur diem splendidum.* Illis grave, quòd cunctis gratum: nec videre cupiunt proprijs oculis, quòd gratum cunctis: equidem fovent implacabile odium, non alia causa nisi quia vident splendidum: viderent sanè, modò tanto privaretur splendore: verum ex toto corde avertantur, quippe non vident, ut videre volunt. Non persecutio fomitem alium habebat, quam quòd cunctis superior splendide coruscabat: perfecti quunturque furentes usquequaque fulgorem; quoniam vel nubibus lapidum nequeunt efformare eclipsim. Quid mali Sol fecit? Furentibus fati, quòd fit Sol: offendit uti nimia tanta lux: & correptis furore semper placet vivere sine luce. Nec cessitas compefcit audaciam, nec risus amentiam: quandoquidem ignorant rebelles lumini, & benefactori ingrati, irruentes supervacua in superiorem lucem; mentis ac cerebri explicare furorem. Sol illuminavit, fulgidè duxit, radios concessit, gratias divinit, prout cuique opus; sed ingratum pectus: & cum obumbrare nequeant, nec lapidibus impetere, nihilominus lapidant; ut indicent animum, & in splendorem odium: igitur ubi virium non præstat acerbitas, tamen est laudanda voluntas.

Seneca. *Ethiopian furor lapidantium Solem. Nat. Com.*

Pœna invidia, & furor.

Psal. 103. 19.

Ira subditi ram absconditur, non extinguitur.

igitur opera avertantur lucem: orientique parcent, dum cursum incipit; quippe Superior lapidibus haud vexatur dum ascendit, sed quom cadit. Ille rider.

*Fulgidior Titia radijs rursus explicat omnes.* Ascendens radiorum poterat explicare vigorem: decumbens tantam non vibrabat lucem: exulem arbitratu amentia, tanto lumine gravata, & fota audacia in opprobrium, quippe nequibat revocare cursum: cogitantque occidentem lapidibus persequi; quippe tot geminatis iniurijs, nequibat iterum nasci. Frustrabatur spes, ubi die sequenti denud videretur lux. Iterum illius splendor, novus persequibus, furor. Abscedebat: amentia lapidabat, ne revertetur; & tamen ferventius revertetur. Urebantur, rumpebantur volentes lapidare Solem rebelles lumini, quippe cursum ducebat tanto fervore. Noltrates: *Le apedrean al acabar; porque si buelve à saltir, no tome las cosas con tanto calor.* Non est, qui se abscondat à calore eius. Lapidantes vivere sollicitabant commodiùs: & cum non posset præter ordinem regere; usi subcescent, quippe non illuminati: rabiesque iacula atque lapides præparat, ut Sol occasum cognoscat. Aprè & floridè Seneca ibid. cap. 27. *Cum in cœlum insanitis (infit) non dico sacrilegium facitis, sed operam perditis.* Cœlum nulla sagitta ferit. Posuerunt in cœlum os suum: at vel in occasu Sol. Expuunt in cœlum. Perdunt operam & salivam. Alia cogitant in audaciam. Non renascitur cogitant; & ideo tela, pulverem & saxa vibrant: etenim nec absentem (quid præsentem?) lapidarent, vel experient; si futuram noceant, vel cogitant.

11 Ergo proposito nostro. Liquet, quòd ut Luna Soli, ita radijs gratiarum opponantur ingrati. Non facile hestuntur per obsequia: præparant sagittas suas in pharetra. Potius à consortio removendi, quam illuminandi: quandoquidem gravi corde fovent odium, si insigne beneficium (quin possint trahi, atque in gratitudinem commoveri, quanvis totius generositatis exhauriantur thesauri) igitur quo se magis adstrictos redamationis cognoscunt; magis & magis benefactorem offendunt. Proh vile pectus! De huiusmodi rusticitate queritur Dominus. *Quadragesima annis* (inquit) *offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde. Quid desiderari quibat, quòd non esset in promptu? Grati-tudo. Alia beneficia Deus pro tempore con-*

And. Bianc.

Intuitus.

Seneca

In vanum laborant.

Quibus si bene feceris, peiores sunt.

Psal. 94. 10.

Patentia  
Dni ergo  
peccatori.

Et benefi-  
centia.

Peccatorum  
gratioria.

Dei coram  
offendant.

Et irriant.

contulit, ut recedentes attraheret, veheret; verum maius, quod ita ingratos patientissimè ferret: equidem summum, rebelles gratiarum lumini tolerare tanto tempore. *Quadragesima annis offensus.* Summa patientia, dum forebat gratia, pluens beneficijs, vel in averfione cordis. Munera cicant animos, premia demulcent protervos, ut dignati gratijs, gratijs respondeant, & nullo modo benefactorem offendant: illique amandantes gratitudinem, extraxerunt ex donis offensionem; ut gratia Dei lucret, dum malitia beneficam impugnavit: igitur ille petiitit studiosè generosus, quadragesima annis offensus. Romanum Pfallerium: *Quadragesima annis proximus.* Proximitas indicat amorem, quo voluntas vehebatur in obsequia; ut aberrantium capteret meritis corda. Timendum erat, ne recederet, & gratiarum abundantia desereret: verum cum obdurerent faciem in offensionem; offensi non timuerunt faciem: siquidem quò per dona & auxilia habebant proximum; cò magis habebant despectu cordis offensum. Retribuebant mala pro bonis, quin aspectus proximus audaciam premeret pectoris: seque fautor magnificus signat offensum, & magis ingratis proximum; ut inter se & illos diversum claret studium: equidem ille vel despectis donis, dona conferebat in rebelles; & illi exigam, levem cogitabant offensam, nisi despicierent coram.

12 Præterea: *Offensus*, id est, saucius, saltiditus, intimè punctus. Ut arceret impudentiam, altitit proximus; sed non removit proterviam, quanvis proximus præ amore, concessit gratiam: intimèque dolet, dum proxime benefecit; quippe ex amoris obsequio gravior processit ingratitude: igitur conferentem è proximo beneficium, dimiserunt ingrati robore plenum. Vulgò: *Sintiò, que à tan grandes, excessivos favores, correspondessen, y à su visita con desaynes.* Exculationem haberent, ni intelligerent. *Hi errant corde.* Student ingratitude, fiducia misericordie. Protervitas cordis est. Errorem cognoscunt, & insillit pravum cor. Errorem cognitione gravant, & nihilominus errant: etenim dum ampliora conferunt beneficia, in dignantem ampliora retorquent tela. Perpende: Non dicit: *Offensus à generatione, sed generationi.* Primum signat à dignatis factam offensam: secundum fautoris inimicitiam. Deus hostis, & studens gratijs? Utiq; errantibus corde: igitur si præ amore est proximus, vel offensus; præ de-

lore fulminat, præ acerbitate scintillar; ubi abundè preparanti & conferenti gratias, torquent gratias in fragitas. Huic generationi offenditur, ab hac offensus generatione: igitur intolerabile cor ita pravum, ita in malignitatem studiosè proicitum; ut præparet in offensionem iacula, eo ipso quia cognoscit esse prompta beneficia.

*Hanc quater denos sobolem per annos, Lite certarem veluti, morabar. Semper, at dixi, malè sanà mente Capta laborat.*

Ille gratijs certat, quando ingratitude pugnat; ut emineat pectoris generositas, & ingratorum castigaret protervitas: gratijsque proximus, à proximis se dicit offensum; ut protervis ingerat ex iure supplicium: etenim cruciamen futurum cordis, non uti, vel abuti gratijs collatis. Proximitas gratia summa, maior quam concessa gratia: dolebuntque offensum, quem offenderunt proximum; quandoquidem cum huiusmodi munera futura desipientibus onera; fagitæ emillæ erunt pectori fagitæ, dum se obligatioris viderint pro reddenda ratione. *Hi errant corde.* Qui ingratis fovent errorem, neutiquam introibunt in requiem. Semper rebelles lumini. Qui rebelles lumini, removendi nonnunquam à longè, ut eclipsim patientes, propè non foveant eclipsim, nec per innatam malitiam, virginem corrumpant gratiam. Turpia pectora.

*Siccine benemerenti malè refertur gratia.*

DIDASCALIA IV.

*Intimum vulnus cordi, perfidia amici.*

**F**Requens hominibus in retribus fraudum Momi votum: equidem minimè paterentur perfidiam, modò in pectore socij vitream haberent fenestram. Lamentabilis pectori ingenuo aut securo fraus; dum absque discrimine arbitratur homo amicos, quibus ipse non est. Magis decipitur, ubi securius graditur, sicut ille qui à via lapsus est, & errat: plus deviat quò magis properat: igitur circumventum se invenit; dum mentem revocans, fraus nunquam venit in mentem. *Vides tu istos (ait Seneca de Vit. beat. cap. 2.) qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratia adulantur, qui potentiam extollunt? Omnes aut sunt hostes, aut esse*

Quo intui-  
tu.

Cruc.

Gratia mu-  
nera, despi-  
citur onera.

Plaut.

Momi vo-  
tum.

Seneca.

pos.

Quid viden-  
tur amici,  
sunt hostes.

Ovid.

Ecclesi. 19. 23

Hay.

Och. Ven.

Pro amore  
sufficitur do-  
lus.

Cur perfid-  
ia simili-  
muri?

Cur pla-  
ga magna?

possunt. *Quam magnus mirantium, tam magnus invidiarum numerus est.* Erunt huiusmodi fraudes, quandiu fuerint homines. Vigilare decet, imò congruit; quia ubi semita securior, maior error.

*Tuta, frequensque via est, per amici fallere nomen.*

*Tuta, frequensque licet sit via, crimen habet.*

Canit Ovid. 1. de Art. vers. 591. Crimen sequitur, & sequuntur speciem, vel si habeat crimen; quoniam modò in finem vota, flocci penditur infamia.

2 *Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.* Alij: *Est qui nequiter adorat, & interiora eius dolo plenissima.* In expressionem artis fallaciæ (quippe sine arte evanescent infidiæ) eruenda ratio ex duplici emblemate. Orho *Vanius Emblem.* Amor. 19. pingit Cupidinem portantem orbem. *Stimulus unus amor.* Ioann. Orozjus *Embl. 5. lib. 2.* à dolo portatum alstruit. *Dolus succumbit.* Non est imago, sed veritas, corde pravo tendente confidenter insidias: equidem cum securior perfidia ex incauta sit confidentia; qui querit per amorem amicum auspiciem, experitur in articulo vaftrum dirisimum hostem. Cuncta ingenuus credit amico; & serò dolet, quia credidit, quem fugere commodum: pœnitentque non fuisse præ amore cautum; quoniam quòd anorem ex se credidit, dolus suffectus apparuit.

Calliditas serpentis iuncta fuit simplicitati columbæ, larva rutila ex amicitie specie: prævaluitque in simplicitatem astuta serpentis fraus; quippe ut columba seducta non habens cor. Povit in pectore virus haud cavens, & calore amicitie recaloit serpens. Misit murem in peram, quin cogitaret conditionem, sed amicitiam: qua frustratus, hostis amicus ex damno cognitus: equidem familiariter admisit, ut cuncta pectoris vel integerima roderet. Ut amicum admisit; & admisit, ut levaret: dolum despexit, & corruit; quippe cogitans habere curatum requiem, ex rosione arcanorum invenit murem. Siccine orbis portatur? Stat qui fallaciâ nititur? Haud tæderet, quòd pro amore occurreret amor fictus; sed nimis pungit, quod obvicit amanti dolus.

3 *Causa fupperit.* Si amor occurreret fictus, animus careret bono. Ubi dolus, affigitur malo. Non haberet ex amicitia levamen, verum nec haberet hostem. Non haberet amicum, sed nec haberet infensum: dolusque pro amore supponitur, ut acrius

animus ex perfidia concitetur: igitur in vulnus non est solatium, per amicum perire, quem deperibat amicum. Sat erat in dolore nulla gratia; verum vulnera Beneficia inefficacia ad conciliandos amicos, ac detinendos simulantium animos; cum quidam, quò plus debent, magis oderint. Planè infortunium, quòd summa gratia proculcetur, quia summa; & convertatur in iacula. Quòd constituat iaculantem, quem fecerat debitorem. Quòd dona sint ingrata, quia excedentia: displicentque cordi, quæ nequibat sperare. Quòd que concepta, fingunt in pectore saultum; accepta, transformant in inimicum. Quòd potentibus in solutionem, confugere in pectus gratum; detur recusus in odium. Unde pro amore non amor fictus, sed sufficitur dolus, ut alius penetrat illatum perfidia vulnus: siquidem nullum maius, quam cogitare amicam fidem, perfidiam; & in tractu amplexari vaftrum, & perfidum.

*Negata magnis sceleribus semper fides.* Ait Seneca in *Hippolyt.* vers. 160. Sceler dolus committitur: sed modò persistat dolus, parvipenditur frustra, quòd sit scelus: quandoquidem intendenti tantum in perfidia utilitatem, obest respectus in dedecus proditionis.

4 *Philo 1. de Vit. Moys.* navi contulit intimam familiaritatem. Scrutemur ergo similitudinem. An quia sine labore entis, spatia procellosi metitur maris? An quia ferr admillum, quantunvis fluctibus flagelletur, & hinc & illinc moveatur? An quia sine illa pateretur naufragium, & ducit tutum? An quia prius illa periclitabitur conteri & conteretur; quam inclusus excludatur? An quia vel quassata dividitur in partes, ut promptè subveniat cunctis; sustinens, succumbens brachio, & in tristiore confictu; despicens ituras in fundam opes, ut adhæreat pectori periclitantis? Sanè sicut navis in mari, experti ac fidi pectus amici. Respondebit animus? Dicit articulus: nulla profectò fors infelicior in sortis calamitate, quam amicum amplexari, & ab amplexante expelli. Ducit ergo amici cor amicum tanquam navis, periculum superatis & undis. Casu fragitur, illiditur, summergeitur: vefusque ut fugiat naufragium, fracta navis querit tabulam portum. Congaudet occurfu, accipit osculo, arcè tenet & amplexu: prius amittet vitam, quam dimitrat tabulam; quippe illud leve, & quia leve, pretiosissimum fragmen, in suffocatione tanta ministrat respirationem. Quam gratum vel lignum

Summa vit  
ingratiudis  
nit.

Seneca

Amicus cur  
navi simi-  
lit?

Nnn illo